SAGGIO
DI SCIENZE
CHE OFFRONO AL PUBBLICO
GLI ALUNNI DEL SEMINARIO DI NOLA

NEL SALONE DELL'ACCADEMIA

NE' GIORNI 2. 4. 5. 21. 22. 23. DI SETTEMBRE 1846.

DANDOSI AD OGNUNO LA FACOLTA' D'INTERROGARE
SECONDO LE LEGGI DEL PROGRAMMA

NAPOLI
DALLA TIPOGRAFIA SANGIACOMO
Largo Mercatello n.° 48.
1846.

THEOLOGIA

JOANNIS MICHELET
IN UNIVERSITATE PARISIENSI PROFESSORIS
CRASSIORA IN CLERUM CATHOLICUM MENDACIA
VENTILABIT
DIACONUS CAIETANUS D' ELIA (*).

I.

Deum veritatis postremis hisce saeculis neutiquam per Clerum Catholicum sed per philosophos veritatum complevisse revelationem dum adserit Michelet (1), mendacii illum redarguunt sexcenta neotericorum delirantium somnia. Speciminis ergo proferimus quae de Deo eiusque cultu blasphemant neoterici philosophi pantheistae et sensistae Schelling, Fichte, Hegel, Strauss, Feverback, et ceteri, quique principia illa in praxim hodie deducunt *Wislicenus* et *Uhlich* Magdeburgi et Hallae, nec non *Rupp* Köenigsbergae (2).

(*) Cui aderit Can. Prim. Bartholomaeus d' Avanzo Dogmaticae Theologiae atque Hebraicae Linguae Praelector.

(1) In opere *Du Prêtre, de la Femme, de la Famille,* par J. Michelet, Bruxelles 1845, pag. 10. « Le Dieu du Vrai s' est revelé en ces deux siècles plus qu' il ne l' avait fait dans les dix siècles precedentes ..... Non par vous prêtres, mais par ceux que vous appellez laïques et qui ont eté les prêtres du vrai ».

(2) V. L' *Univers*, N. 22 Mars 1846. « Ces trois Pasteurs qui sont

II

Rursum *ponit mendacium Spem suam* (Isai. XXVIII, 15.) cum Cleri catholici barbariem ex caede S. Bartholomaei probat (3). Hanc enim neque a Clero imperatam vel permissam, neque Religionis causa sed politicis rationibus a *laicis*, ut ipse loquitur, patratam, Calvinistis nonnisi apud Parochos vel Episcopos catholicos effugium a populari furore invenientibus, certissima evincunt monumenta (4).

III.

Importunum vero Professoris patrocinium (5) uti par est repellimus, atque Cleri catholici decus vindicantes ostendimus, continentiae legem sacris ministris impositam certissimum habere haud quidem in medii aevi moribus, sed in antiquissima atque adeo apostolica traditione fundamentum.

IV.

Quae lex neque iuri naturali, neque divino, neque socie-

à la tête de ce mouvement pratique du rationalisme, ont enfin osé jeter la masque et proclamer en face de l'Allemagne qu'il n'y avait pas de religion revelée ».

(3) « Le Dieu de la charité nous a permis de substituer un droit humain au droit cruel du moyen âge. Vous en mantenez la barbarie..... Tuez touts, dit le Pape Pie V aux soldats qu'il envoie en France avant la Saint Barthelemy ». Loc. cit.

(4) Cons. *Tableau pittoresque de Paris* par le Com. de S. Victor, tom. 3, part. 1, pag. 170.

(5) « La situation du Prêtre seul et non seul, libre et non libre au milieu d'une societé en desaccord avec lui, fait penser a celle d'un condamné au regime cellulaire, qui porterait par tout sa cellule. Rien de plus propre à rendre fol ». Loc. cit., pag. 276.

tatis bono adversatur (6). Inter cetera testem damus ipsum Michelet (7). Nimirum mendacem oportet esse memorem.

V.

Sed *quam suavis sit* (Prov. XX, 17.) Professori nostro *panis mendacii* evincunt quae in Romanam Sedem evomit iniuriosus. In disputationibus siquidem de Auxiliis gratiae a S. Sede non divis Augustino et Thomae (8) sed de horum Doctorum sententia contendentibus silentium impositum, nullo pacto autem Christianismus Jesuitis fuit prodidus. In quolibet enim systemate doctrina fidei de gratiae efficacia sarta tectaque remanet (9).

VI.

Propter quod silentium grati animi ergo Jesuitas per Bellarminum suum Papae *infallibilitatem formulasse* frustra calumniatur (10). Tria enim S. Scripturae oracula Luc. XXII,

(6) « Les lois lui disent des choses contraires comme pour se jouer de lui ..... La loi canonique dit : *Non*, et la loi civile dit : *Oui* ..... que ce desaccord cessât, que l'Église s'associât au progrès du temps qui fait du mariage le veritable état moderne, comme le célibat fut (au moins idéalement) celui du moyen âge ». Loc. cit.

(7) V. *Hist. de France*, par Michelet, tom. 2, pag. 168; et M. Saisset dans la *Revue des deux mondes*, et *Annales de Philosophie Chrètienne*, N. 62, Fevr. 1845, pag. 85.

(8) «Les Jesuites obtinrent que on imposerait silence aux deux partis, c'est à dire que Romè farait taire Molina et Saint Thomas .... Rome livra le Christianisme ». Loc. cit., pag. 54.

(9) V. Bossuet, *Deuxieme avertissement aux protestans*, §. X et XVIII.

(10) « Ce silence imposé les Jesuites le payerent à Rome .... premièrement ils formulerent par leur Bellarmino l'infallibilité du Pape en matière de Foi ».

31: Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ. *Ego rogavi pro te* etc.; Matth. XVI, 17: Σὺ εἶ Πέτρος. *Tu es Petrus* etc.; Joan. XXI, 15: Βόσκε τὰ ἀρνία μου. *Pasce agnos meos etc.*; eiusmodi Petri infallibilitatis praerogativam adstruunt luculentissime.

VII.

Petro autem, qui Romam, venit, atque huius Urbis episcopatum instituit tenuitque usque ad obitum suum, Romanos Pontifices succedere sicut in primatu ita in hac praerogativa omni argumentorum genere evincitur.

VIII.

Ut vero *mendacium somniasse* (Jerem. XXIII, 32.) Professorem nostrum magis adpareat, istius Romani Pontificis praerogativae testem damus traditionem Ecclesiae minime *Jesuiticae* scilicet Gallicanae, cuius Episcopatus ab Irenaeo ad tempora Jansenii et Quesnelli (11) usque in hodiernum diem in vindicandà huiusmodi praerogativà totus incumbit (12).

(11) V. Op. *De suprema R. Pontificis auctoritate hodierna Ecclesiae Gallicanae doctrina*, auctore cl. Soardi, Avenione 1747.

(12) V. *Mandement de Mons. l'Evéque d' Angoulême sur l'Église* (apud *l' Univers* 25 Mars 1846), in quo fuse de hoc argumento agit, et postea concludit: « Lorsqu' en vertu de la mission qu' il a reçue en la personne de S. Pierre, de confirmer ses frères dans la foi, l'Évéque de Rome aura prononcé un de ces jugements supremes que l' Église reçoit avec un respect plein de reconnaissance, la CAUSE SERA FINIE. L'ERREUR EN DE TELLES CIRCONSTANCES EST IMPOSSIBLE ». Vide etiam Mandata plurium Episcoporum occasione obitus Gregorii XVI, S. R. apud *l' Univers*, Juin 1846.

IX.

Quam infallibilitatis praerogativam ad quaestiones mere physicas, vel historicas extendi quisnam sanae mentis asseruit?.... rursum *mentita est iniquitas sibi* (Psal. XVI, 12.) (13).

X.

Quae tamen circa sententiam Virgilii de antipodibus (14) et Galilaei de Copernicano systemate RR. Pontifices *hypothetice* definiverunt, firmo adhuc stare talo contra hypercriticum facile evincimus (15).

XI.

Verum *assiduitas viri mendacis* (Eccl. XX, 22.) adparet vel maxime cum de SS. Cordis Jesu cultu disserit : neque enim per Jesuitas invectus neque paganismum sapit ille cultus (16), sed in Ecclesia catholica iam receptus prout ab Apostolica Sede probatus pius est atque omnis superstitionis labe immunis.

(13) Prosequitur enim Michelet, loc. cit. : « Deuxiemement les Jesuites firent faire au Pape dans sa decrepitude ce qu' il n' avait jamais osé dans sa puissance; se porter pour infaillible dans les questions de fait ».

(14) V. *Epist. Zachariae ad Bonifac.* saec. VIII.

(15) « Sans parler du nouveau monde qu' il lui faut bien admettre après l' avoir nié, elle (Rome) condamne Galilée, et puis elle le subit, elle l' adopte, elle l' enseigne ». Michelet, loc. cit.

(16) « Les Jesuites.... firent accepter dans un temps de lassitude un nouvel objet de culte tres-charnel, le coeur de Jesus arraché, et sanglant ». Loc. cit., pag. 146, et pag. 159: « Nul moins religieux que ce paganisme ».

XII.

Cuius cultus obiectum esse *ipsum cor Jesu, cor nempe Personae Verbi incarnati, cui inseparabiliter unitum est,* clare et distincte Apostolica Sedes definit (17). Cum ergo asserit Michelet Jesuitas atque adeo Pontifices turpi aequivocatione cordis *symbolici* et *carnei* hunc cultum tutari (18), turpissime ipse mentitur. Verum *qui nititur mendaciis pascit ventos.* (Prov. X, 4.)

MANTISSA EXEGETICO-BIBLICA IN CAP. XIV. EXODI ADVERSUS ROSENMÜLLER (19).

XIII.

Quod narrat Moyses Exod. XIV, 21 seq. ad elevationem virgae *divisas aquas maris* (ויבקעו המים) *quasi murum stetisse a dextera, et laeva,* de admirabili illa transfretatione Erythraei, qua magis mirandum in V. T. nil quidquam relatum legitur, ad litteram intelligendum esse non vero *poetice* (20) ad metaphoram, et sacer contextus, et sensus apud Hebraeos, Christianos, ipsosque Ethnicos traditionalis luculenter evincit.

(17) V. *Const. Pii VI. Auctorem Fidei* ad prop. 63. Synod. Pistoriensis.

(18) Pag. 150. « L'équivoque fit fortune : à Rome le pere Galliffet disait qu'il s'agissait du coeur symbolique, à Paris il imprimait qu'il n'y avait pas de metaphore, qu'on honorait la chair meme »; et pag. 160: « Les Papes ont conservé la precieuse équivoque du coeur ideale, et du coeur de chair, et defendu de s'expliquer ».

(19) V. *Schol.* in h. l.

(20) V. Rosenmüller, *loc. cit.*, pag. 276.

XIV.

Cum ergo, ut prodigium omnino elevet, naturali refluxui maris, vento קדים (*qadim*) adiuvante, transfretationem hanc post Clericum tribuit Rosenmüller (21), prorsus ineptit, atque adeo hypothesim ponit incredibilem imo impossibilem.

XV.

Et quoniam contra *factum* hypothesis quaeque evanescat opus est, *factum* ipsum proponimus, atque quo tempore filii Israel transfretarunt, quin refluxus fuerit, potius fluxum seu maris intumescentiam ad litus fuisse ex geographorum observationibus, earumque collatione cum chronologia et syderum tunc temporis positu *ostendimus invictissime.*

CUILIBET CONGREDIENDI IUS ESTO

(21) Loc. cit., pag. 272.

THESES HASCE

BIBLICO-DOGMATICAS

DEFENDET

DIACONUS FELIX ANGIO' (*).

I.

Quae in Rationali summi Sacerdotis scripta legebantur verba *Urim* et *Thummim*, Exo. XXVIII, v. 30, את־אורים ואת־התמים, quaeque LXX. Interpretibus η δηλωσις και αληθεια sonant, Aquilae vero et Theodotioni φωτισμοι και τελειωσεις, neque nomen tetragrammaton *Jehova* denotant, uti volunt Ben Gerson, Nachmanides, Abarnabel, neque duodecim lapides ipsum (Rationale) exornantes, prout Dathe, Braun, Scroeder, neque aliud monile ab illis diversum, sicut Rosenmüller, neque mirabile συγκαταβάσεως divinae exemplum, velut Michaëlis : sed Doctrinam et Veritatem tantum significant, perinde ac laminae aureae, quam in fronte gestabat idem Pontifex, inscriptum erat v. 36. קדש ליהוה *sanctitas Domino.*

II.

Circumcisionis ritum, quem ab Ægyptiis mutuatos fuisse Hebraeos post J. Marshamum et Spencerum inter Anglos Tyndalius ac Midletonius, et ex Remonstrantibus J. Leclerc ac Hermannus Von der Hardt rati sunt, ex eo quod cum Abraham Deus pep git foedere Gen. XVII, v. 10, *Circumcidetur ex vobis*, unice arcessendum tuemur.

(*) Cui praesto erit Michael Ferrante Cathedralis Nolanae Can. Theologus, Abbas, Dogmaticae Theologiae, et Biblicae exegesis Professor.

III.

Ex qua utpote baptisma praefigurante, uti ex Apost. ad Coloss. II, v. 12, iure adversus Anabaptistas infertur, posse infantes sacro regenerationis lavacro emundari, cum etiam Judaeorum parvuli octavo a nativitate die circumciderentur : ac proinde cum ipsis (Anabaptistis) Muntzeriani, Adamitae, Stebleri, Davidiani, Mennonitae, Fratres Hortenses Christi verba Matth. XXVIII, v. 19, ac Marci XVI, v. 16, ad Paedobaptismum e medio tollendum, de vera in falsam sententiam invidiose detorquent.

IV.

Quandoquidem ex Gen. XXXVIII, v. 8, aperte constat, Judam nurum suam Thamarem ex filio suo Her viduam, cum altero Onan germano eius in matrimonium dedisse; frustra omnino docere adnisus est J. Marshamus *Jus Leviratiônis* ex Ægyptiorum legibus, et institutis Hebraeos derivasse; Judam enim numquam cum Ægyptiis communicasse rata res est, et apud omnes testatissima.

V.

Nec prompto alacrique Abrahami ad Isaacum immolandum animo tenebrae offunduntur, quasi ad exemplum Ægyptiorum aliarumque gentium fuisset effictus : qua de re Marshami commentum id omne ex prisco Chananaeorum more liberos Molocho sacrificantium repetentis, nullo negotio expungitur.

VI.

Holocaustis, que Nöe ex arca egressus super altare Domino aedificato obtulit, ita Deus delectatus est, uti ex cap. Gen. VIII, v. 21, *Odoratusque est Dominus odorem suavitatis*, Hebraice ריח הניחח (odor quietis); ut non amplius terram diluvio perditurum pollicitus sit, sed hominum genus conservaturum.

VII.

Agni Paschalis sacrificium, quo Hebraei in Ægypto morantes (in sua quisque domo) patraverant, Exod. XII, v. 3, et peregrinantes in deserto Sinai Num. IX, v. 1, itemque Judaeam ingressi, traiecto Jordane, in campestribus Jerico, Jos. V, v. 10, cum tamen Judaeam ipsam incolerent, non alibi eis facere licuit, nisi ubi tabernaculum esset situm, Deut. XVI, v. 5, *Non poteritis immolare Phase*, uti in Galgala, Silo, Nobe, Gabaon, atque tandem Jerosolymis, postquam Templum Salomonis exstructum fuerit.

VIII.

Huius autem agni comestio cum azymis panibus, et lactucis agrestibus cum J. Christum in coena novissima sub speciebus panis et vini comedendum repraesentaret; irrito prorsus conatu ipsimet Rationalistae, ut Rosenmüller, Kuinoel, Tholuc, Lampe, Schulz, Eseley, Bloomfield post Sacramentarios, eorumque surculos, Tropistas, Arrhabonarios, Energicos, Significativos, Metamorphitas verba cap. VI. Joan. v. 52, *Nisi manducaveritis* de fide in Jesum Christum exponunt, cum ibi ipse Redemptor vere, realiter, et substan-

tialiter carnem suam manducandam, atque sanguinem suum bibendum spoponderit.

IX.

Sicut etiam *Juge sacrificium*, quo Judaei divino ex praecepto duos agnos anniculos et immaculatos in holocaustum, mane unum, alterum vespere quotidie offerre iubebantur, et cum illis similam oleo conspersam, et vinum pro libamine prout Exod. XXIX, v. 38, et Num. XXVIII, v. 3, omnibus inspectis, quae illud comitabantur adiunctis, Missae sacrificium in novo peragendum foedere, adamussim praefigurabat.

X.

At verum et proprium sacrificium in Missa offerri ex cap. I. Malach. v.11, מנחה טהורה et ex Apost. ad Cor. X, v. 18, *Videte Israel secundum carnem*, luculenter evincitur. Protestantes, Methodistae, Sociniani, atque Rationalistae refelluntur, qui eiusdem sacrificii veritatem, quasi sacrificio crucis iniuriosam, ex doctrina Pauli ad Heb. VII, 23 ; IX, 12, 28; X, 10, 14, 18, perperam intellecta, eunt inficias.

XI.

Levitica sacrificia, quae pro culpis ignorantiae immolanda praecipiuntur Lev. IV, v. 26, *Rogabit pro eo Sacerdos, et pro peccato eius, et dimittetur ei*, et Num. XV, v. 26, virtute sua ad legalem emundationem tantummodo valebant, minime tamen pro criminibus vere et proprie coram Deo expiandis.

XII.

Verum Ecclesia tantum Catholica cum per clavium potestatem a Christo indefinite acceptam Joan. XX, v.23, peccatum quodvis remittere possit; quin falsa sit Montanistarum et Novatianorum doctrina facultatem hanc coarctantium, atque tum Christi verbis Matth. XII, v. 32, *Qui dixerit*, tum Pauli ad Heb. VI, v. 4, *Impossibile est*, et X, v. 26, *Voluntarie peccantibus* abutentium, dubitare nefas.

XIII.

Isaiae cap. LIII, v. 25. *Ego sum ipse qui deleo*, et Lucae VII, v. 48, *Remittuntur tibi*, testimonia Novatorum doctrinae nullatenus prosunt, cum isthaec clavium potestas Ecclesiae collata, haud reponenda sit in nudo ministerio pronunciandi et declarandi peccata confitentibus a Deo remissa esse, sed potestas sit vere et proprie peccata per actum iudicialem relaxandi.

XIV.

Cumque Extrema Unctio, non solum peccatorum reliquias abstergendo novum robur ad repellendos graviores Satanae incursus in exitu vitae ingruentes suppeditet, sed praestet quoque ut infirmis peccata, si qua sint, remittantur Jac. V, v. 14; iniuriose prorsus pro histrionica hypocrisi eam traduxit J. Calvinus, et M. Luterus e Sacramentorum albo expungere ausus est.

XV.

De Henoc Gen. V, 24, cum sit exaratum : *Tulit eum Deus*, et de Elia IV. Reg. 11, 12, *Ascendit Elias per turbinem in coelum*, sententia communis propugnans translationem eorum adhuc superstitum, perennemque vitam degentium donec incolomes tempore Antichristi cum eo praeliaturi revertantur, nullatenus contemnenda est.

CUILIBET IUS ESTO IN MEDIUM PROSILIENDI

SEQUENTES THESES

EXEGETICO-BIBLICAS

PROPUGNABIT

DIACONUS PETRUS SPARANESE (*)

I.

Patriarcharum Antidiluvianorum, quorum sacer codex meminit, longaevitas, uti Adam, Seth, Enos, Cainau, Mathusalem, Nöe, non aliunde, nisi a primaeva complexione, fructuum terrae virtute, ciborum simplicitate, atque temperantia videtur potissimum repetenda.

II.

Cum vero postdiluviani longe ultra centum viginti annorum aetatem produxerint, sicut Sem ad quingentos pervenerit, Orphaxad, Salem, et Heber ad quadrigentos, et amplius, reliqui usque ad Abraham plusquam ad ducentos; satsuperque evidens est, illis Dei verbis Gen. VI, 3, *Eruntque dies illius centum viginti annorum*, non vitae humanae durationem definitam fuisse, sed temporis spatium hominibus ad poenitentiam peragendam concessi.

III.

Quoniam Jacob duplici titulo primogenitus poterat nuncupari, iure scilicet emptionis et decreto Dei matri Rebec-

(*) Cui aderit Idem Can. Theologus Ab. Ferrante.

cae significato, quando ei fuit revelatum, aliquando futurum, quod *maior serviet minori ;* dubio procul cum hocdinis pellibus contectus Isaaco se obtulit, ut paternam acciperet benedictionem proferens, Gen. XXVII : ***Ego sum primogenitus tuus Esau,*** haud est mentitus.

IV.

Quandoquidem illis verbis Exod. III, 2, ***apparuit ei Dominus in flamma ignis,*** hebraice מַלְאַךְ יְהוָה. *Angelus Domini,* et Act. VII, 30, *Apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammae,* Angelus Dominum repraesentans apertissime a flamma ignis distinguitur; ineptire prorsus videntur pater et filius Rosenmüller, dum flammam ignis a rubo procedentem Angelum Dei appellari obganniunt.

V.

Licet Nöe ex arca egressus vineam plantaverit, atque de ea bibens inebriatus fuerit; ipsius tamen ebrietas non solum innoxia, sed et mystica reputanda.

VI.

Thamar etsi ob nimiam cupidinem prolis ex semine a Deo benedicto suscipiendae in Judae amplexus furtim ruerit; eius tamen cum illo concubitus culpa non vacat.

VII.

Quoniam Moyses iudiciaria potestate gaudebat, quam a Deo acceperat, cum Ægyptium Hebraeo insultantem interemit, homicidii arcessendus non est.

VIII.

Quod Josue XIV legitur: ***Magnus Adam sepultus est in Cariath-Arbe***, sententiae de sepultura Adami in monte Calvariae minime officit, ut cadaver primi hominis ea potissimum terra contegeretur, quae Redemptoris sanguine erat adspergenda.

IX.

Verba illa Act.XII, v.15, *Angelus eius est*, neque Angelum significant, qui in forma Petri discipulis congregatis apparuit, prout Ligfootus sentit, neque nuntium ab eodem missum, et conclavis ianuam pulsantem, sicut putat Hammondus; sed Angelum a Deo ad Petri custodiam deputatum, et tutelam.

X.

Quoniam Apostolus ad Heb. XI, per ea verba *deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson*, etc. postremum hunc virum fortitudinis prodigium cum reliquis sanctis repromissiones adeptum fuisse demonstrat; nullo αυτοχειριας crimine se ipsum cum hostibus sub templi ruina obruendo Samson commaculatus est.

XI.

Quidquid Gibbon, Montesquieu, Deslandes cum aliis incredulis commenti sint, qui Eclecticismo opera Potamonis, aetate Augustea, inducto, celerrimam Christianae Religionis propagationem adscribunt; haec tamen sive veteris Religionis funditus eradicandae vim, sive novae constabiliendae difficultatem, sive instrumentorum infirmitatem inspiciamus, omnino digna est, quae primi ordinis miraculis adcenseatur.

XII.

Pauli verba ad Philip. II, 7, *In similitudinem hominum factus*, Rom. VIII, 3, et II. Cor. V, 16, Phanthasiastarum sententiae haud suffragantur, docentium simulatam tantum humanae carnis speciem Christum exhibuisse; quamobrem illorum verborum exegesis exponitur.

XIII.

Falsa Agnöetarum refellitur interpretatio, qui Marci XIII, 32, *De die autem illo*, et Luc. XI, 52, *et Jesus proficiebat sapientia* abutentes, Christo ignorantiam audacissime adscribebant.

XIV.

Reprobationis systema, quod J. Calvinus post Ulricum Zuvinglium Apostoli ad Rom. IX, 11, *Cum enim nondum nati* etc. et Prov. XIV, 4, verba male detorquens obtrusit, quodque Gomaristae adversus Arminianos, Semipelagianorum dogma recoquentes tuentur, tanquam falsum atque impium omnino reiicitur.

XV.

Tametsi Pauli X, 14, ad Rom. habeatur : *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt ?* et I. Tim. XI, 5, *Unus Deus, unus et mediator Dei* etc. nec non Eccl. IX, 5, *Mortui nihil noverunt amplius :* nihil tamen inde proficere Novatores contendimus, qui sanctorum invocationem impetunt, quos licitum, utile, ac pium est invocare, quoniam J. Christi merita tanti sunt, ut ipsis quoque apud Deum pro nobis intercedendi virtutem tribuant.

CUILIBET ESTO FACULTAS CONGREDIENDI.

THESES EX METHAPHYSICA

DE QUIBUS

DIALECTICA METHODO DISPUTABUNT

ALUMNI

BARTHOLOMAEUS MARTINUS — ANDREAS DE STEPHANO
DOMINICUS GALLOTTIUS — PHILIPPUS GUERRIERIUS
MICHAEL COCOZZA

I.

Quoniam τω εγω in homine cogitans per ineluctabile conscientiae testimonium velut subiectum nobis exhibetur, cui cogitationes omnes inhaerent, quin realis substantia sit, non purum phaenomenon sano philosopho dubitare nefas; quidquid contra Kantius nitatur, qui in id genus illatione nescio quid *trascendentalis paralogismi* sibi deprehendere visus est.

II.

Nec vera istaec substantia cogitans, quam humanam animam vulgo appellare in more est, vel cum corpore vel, ut vulgatior fert opinio, cum cerebro confundi poterit; ea namque illorum est indoles, ut neque per se cogitationem unquam exserere queant, neque per organicam sui structuram, quantumvis mirabilem.

III.

Cumque materiam inter generatim inspectam, et cogi

tandi actionem contradictio intersit quanta maxima, ut ne per infinitam quidem Dei potentiam in cogitantem evadere possit; nihil prorsus in anima hominis, aut admixtum fingi poterit, aut coagmentatum, aut duplex : ut proinde simplex omnino et spiritualis adfirmate dicenda sit.

IV.

Quam doctrinam vel tantillum infirmare nec veterum recentiorumque Epicureorum sophismata valebunt, nostri animi corpoream naturam ex mira eius cum corpore harmonia inferentium; vel Koenigsbergensis Philosophi cavillationes, qui per substantiae categoriam categoriae unitatis adplicitam simplicitatem illam explicuit.

V.

Humanae autem animae facultates non nuda sensione terminantur, ut praeterito saeculo Sensualistarum celebratissima, at id aevi contemptissima Schola docuerat, sed ratione; quae licet Impersonalis et Absoluta iuxta Cousinii placita minime sit, verum cujusque hominis propria finitaque, excellentissima tamen virtus est, per quam animalibus ceteris, quotquot sunt, immane quantum homo antecellit.

VI.

Quod mirifice etiam confirmatur ex indifferentiae qua gaudet libertate plenissima; quam tanta quidem evidentia ac certitudine conscientia nos edocet, ut irrita omnino cesserint Spinozae et Baylei conamina, testimonii illius auctoritatem infringere enixe satagentium.

VII.

Quae indifferentiae libertas pleuissima nullum, ne minimum quidem, a motivis offendet incommodum; cum non volitionum nostrarum rationes sufficientes sint (ut Leibinitio visum eiusque adseclis), sed nuda tantum requisita ad volendum.

VIII.

Unde profecto est, ut, cum per eam praemii poenaeve anima hominis digna evadat, terrenis exsoluta vinculis alteri aevo adservetur, vitamque proinde vivat post mortem corporis immortalem.

IX.

Quod dogma sanctissimum, cum unanimi omnium populorum consensione ita firmatum fuerit, ut licet innumeris involutum fabulis immotum semper inter gentes perstiterit moribus linguisque dissonas; non humanum quoddam commenum est, ideo invectum ut omne miseris in fortunae convertsione levamen eriperetur: verum praeter primaevam traditionem (de qua hic sermo non est), naturae ipsius voce apud homines percrebuit.

X.

Non inauspicato igitur felicitatis verae potiundi facultatem homini adscribimus, per boni summi possessionem post mortem corporis adsequendae; ut proinde non in vana quadam atque inani spe quae sibi mentiendo blanditur ipsa felicitas reponenda sit, prout Elpistici docuere olim, et nuper e nostris docuit H. Foscolus.

XI.

De qua boni summi possessione futura eo magis certi esse debemus, quo minus hic degentes eam adsequuntur qui verae virtutis custodes sunt rigidique satellites: tanta divinae iustitiae bonitatisque vis est!

XII.

Et quamquam perfectae huius felicitatis naturam humanae menti plene comprehendere minime liceat, nulla tamen testatior erit res, non ita illam adsequi humanas animas ut in Infinitum, velut in mare resorbeantur, ibique omni prorsus posito subsistendi modo, quiescant; quam teterrimam sententiam et Indorum Vedama tenent, et Pantheistae, quibus Sansimoniani adstipulantur.

CUIQUE PROSILIRE IN MEDIUM, PROUT LIBUERIT, FACULTAS ESTO.

Disputantibus praesto erit NICOLAUS MAROTTA
Philosophiae Antecessor.

MATEMATICHE

MATEMATICHE ELEMENTARI (*)

Bartolommeo Martino Domenico Gallotti Filippo Guerrieri Andrea de Stefano Agnello Sorrentino Alfonso Bizzarri	Aritmetica teoretica ed applicata di P. Abbati Geometria piana e solida di C. Rocco

MATEMATICHE SUBLIMI (**)

Salvadore Nappi Giovanni Nappi Vincenzo De Sio Luigi Rossi	Algebra elementare e sublime del Lacroix Trigonometria rettilinea e sferica del Lacroix Analisi a due e tre dimensioni del Lacroix
Luca Nappi Luigi Catanese	Calcolo Differenziale ed Integrale del Boucharlat
Salvadore de Luca Benedetto Biancardi	Meccanica Analitica del Boucharlat.

(*) Sotto la direzione di D. Nicola Marotta Professore di Matematiche Elementari.

(**) Sotto la direzione di D. Pasquale Abbati Professore di Matematiche Sublimi.

FISICA (*)

BENVENUTO D' AMBROSIO 2.° = GIOVANNI MINGIONE.

CALORICO

Diffusione del calorico. = Conducibilità de' corpi per lo calorico. = Calorico raggiante. = Corpi diatermici, ed adiatermici. = Riflessione, Rifrazione, Polarizzazione del calorico. = Termocrosi. = Legge del raffreddamento.

Effetti fisici del calorico. = Dilatazione dei corpi, sua misura, ed applicazione ai pendoli, ai cammini, alle varie specie di Termometri e Pirometri, al Termoscopio, al Termometro differenziale, al Termometrofago ecc. = Densità dei corpi e sua determinazione. = Bilancia idrostatica. = Areometri. = Aerostati.

Cangiamento di stato dei corpi. = Tensione dei vapori, e sua misura. = Uso dei vapori come forza motrice. = Macchine a vapore. = Applicata ai battelli, vetture, armi, stufe eccetera.

Calorimetria. = Calorico specifico dei corpi. = Calorico latente. = Sorgenti del calorico. = Miscugli refrigeranti.

LUCE

Idee generali. = Fotometria. = Illuminazione a gas.

Riflessione della luce. = Caleidoscopio. = Eliostata di Gambey. = Superficie caustiche.

Rifrazione semplice. = Prismi e Goniometri. = Lenti di Fresnel. = Lenti caustiche.

(*) Sotto la direzione del Can. D. Gio. Antonio Boccieri Professore di Fisica, e di Astronomia.

Dispersione della luce. = Acromatismo. = Visione. = Strumenti ottici.

Diffrazione. = Doppia rifrazione. = Polarizzazione. = Interferenze. = Anelli. = Decomposizione e ricomposizione della luce. = Azione chimica dello spettro solare. = Dagherrotipo.

ARIA ATMOSFERICA

Eudiometria. = Peso e pressione dell' aria. = Barometri. = Legge di Mariotte. = Altimetria barometrica. = Macchina pneumatica. = Macchina di compressione. = Locomotive a pressione atmosferica. = Vari altri istrumenti la cui azione dipende dalla pressione dell'aria e de' liquidi.

ACUSTICA

Generazione del suono. = Vibrazione dei corpi sonori. = Propagazione, riflessione, sensazione del suono. = Orecchio. = Strumenti di musica. = Organo vocale.

CONTINUAZIONE DELLA FISICA

E

METEOROLOGIA (*)

SALVATORE NAPPI. — GIUSEPPE MILONE.

MAGNETISMO MINERALE

Proprietà magnetica di antica conoscenza. = Azione magnetica del Globo. = Misura e leggi delle forze magnetiche. = Magnetizzazione.

ELETTRICISMO

Nozioni elettriche di antica origine. = Cause dell'elettricità. = Elettricità per influsso. = Elettricità condensata. = Effetti e leggi dell'elettricità. = Elettricità Voltaica. = Pile e loro effetti.

CAGIONI DELLE CORRENTI ELETTRICHE

Azioni meccaniche. = Fisiche. = Chimiche. = Fisiologiche.

ELETTRO-MAGNETISMO

Deviazione e rotazione dell'ago magnetico per le correnti. = Legge dell'azione deviatrice delle correnti. = Direzione e rotazione delle correnti per le calamite = per l'influsso del magnetismo terrestre. = Applicazione dell'elettro-magnetismo alla costruzione del Galvanometro = Magnetizzazione per le correnti.

(*) Sotto la direzione dello stesso sig. Boccieri.

CORRENTI D'INDUZIONE

Correnti elettro-elettriche. = Correnti magneto-elettriche. = Correnti magneto-elettro-telluriche. = Fenomeni di induzione. = Macchina magneto-elettrica de' Pixii. = Apparecchio di Clarke. = Batteria magneto-elettro-tellurica del signor L. Palmieri. = Teoria del magnetismo in movimento.

TEORICA ELETTRO-DINAMICA

Apparecchio di Ampère. = Azioni delle correnti parallele, incrocicchiate, e flessuose. = Rotazione di una corrente per l'azione di un'altra. = Nuova teoria del magnetismo. = Sua applicazione al globo terrestre. = Direzione e giacitura della corrente della terra. = Spiegazione dei diversi fenomeni magnetici, ed elettro-magnetici.

TERMO-ELETTRICISMO

Correnti termo-elettriche. = Pila termo-elettrica. = Termometro termo-elettrico. = Termo moltiplicatore del cav. M. Mellone.

ELETTRICITA' CHIMICA

Sue idee generali. = Teoria elettro-chimica della pila. = Galvano-plastica.

METEOROLOGIA

Calorico terrestre. = Luce meteorica. = Magnetismo terrestre. = Elettricità atmosferica. = Pressione e vapori atmosferici e meteore da essi prodotte. = Igrometria.

ASTRONOMIA (*)

GIOVANNI NAPPI. = PASQUALE ROSATI.

ARAGO

Idee elementari. = Aspetto del cielo, e moti apparenti degli astri. = Stelle fisse. = Sole. = Mercurio. = Venere. = Terra, sua figura, sue dimensioni e movimenti, sua Luna, ineguaglianze, aeroliti. = Marte. = Giunone, Cerere, Pallade, Vesta. = Giove e suoi satelliti. = Saturno, suo anello e satelliti. = Urano e sue lune. = Comete. = Ecclissi. = Maree. = Stagioni e giorni. = Determinazione della longitudine e latitudine. = Calendario. = Gnomonica.

(*) Sotto la direzione dello stesso sig. Boccisro.

DRITTO NATURALE (*)

ANDREA DE LUCIA — ANTONIO CIRILLO
SEBASTIANO FERRARA — BENVENUTO D'AMBROSIO 2.°
BENVENUTO D'AMBROSIO 1.°

1. Della natura, e costituzione del dritto di Natura e delle Genti.
2. Della natura ed indole delle azioni umane.
3. Della norma delle azioni umane, e del vero principio del dritto Naturale.
4. Dell'applicazione di questa norma alle azioni, e della differenza indi emergente.
5. De' doveri dell'uomo verso Dio.
6. De' doveri dell'uomo verso sè stesso.
7. De' doveri verso gli altri assoluti e perfetti, e specialmente del non offendere alcuno.
8. De' doveri imperfetti verso gli altri.
9. De' doveri ipotetici verso gli altri; e primieramente dell' acquisto originario del dominio.
10. Degli acquisti derivativi del dominio.
11. De' dritti e de' doveri che nascono dal dominio.
12. Del commercio delle cose sottoposte al dominio.
13. Dello stato naturale, e sociale dell' uomo.
14. De' doveri da osservarsi nella società coniugale.
15. De' doveri da osservarsi nella società de' genitori, e de' figli.
16. De' doveri da osservarsi nella società del padrone.
17. Della società composta chiamata famiglia, e de' doveri da osservarsi nella medesima.

(*) Sotto la direzione del Can. Num. D. Giuseppe Vasta Professore di Dritto Naturale e Canonico.

DRITTO CIVILE (*)

FRANCESCO MAROTTA — FERDINANDO GUERRIERO
SIMONE GUADAGNI — TOMMASO ALLOCCA
FERDINANDO ALBARANO — FRANCESCO GRAGNANI

1. Del corpo del Dritto Romano.
2. Della Giustizia e del Dritto, e delle loro divisioni.
3. Quanti sono gli oggetti del Dritto?
4. Delle persone, dello stato, e loro diverse specie.
5. Della potestà dominicale e patria, e come quest' ultima si acquista, e si estingue.
6. Delle Tutele, e loro diverse specie.
7. In quali modi finisce la Tutela?
8. De' Curatori.
9. Diverse specie di cose.
10. Quali dritti su di esse?
11. Del dominio, e de' modi di acquistarlo.
12. Delle diverse specie di servitù, e de' modi, con cui si acquistano e si estinguono.
13. Della formazione de' Testamenti.
14. Del Testamento militare.
15. Delle sostituzioni volgare e pupillare.
16. De' modi, onde si attaccano i Testamenti.
17. De' Legati.
18. Della successione secondo la Novella 118 di Giustiniano.
19. Delle obbligazioni.
20. Delle convenzioni, e loro diverse specie.

(*) Sotto la direzione del Can. Ab. D. Arcangelo Boccia Professore di Dritto Romano.

21. De' contratti reali, verbali, scritturali, e consensuali.

22. De' fideiussori.

23. De' quasi-contratti.

24. In quanti modi si sciolgono le obbligazioni?

25. Delle obbligazioni nascenti dal delitto vero, e dal quasi-delitto.

26. Che cosa è azione?

27. Di quante specie?

28. Di quante specie sono l'eccezioni?

29. Degl' interdetti.

30. De' doveri del Magistrato.

DRITTO CANONICO (*)

FELICE TOSCANO — BIAGIO RIGGI
ANDREA DE LUCIA — ANTONIO CIRILLO
GIOVANNI MARMORARO — LUCA DE LUCA.

1. Della natura, e varie specie del dritto Canonico.
2. De' diversi ordini de' Cristiani.
3. Del Romano Pontefice.
4. De' Cardinali.
5. De' Legati Ecclesiastici.
6. De' Patriarchi.
7. De' Metropolitani e del Pallio.
8. De' Vescovi e de' loro Vicarii.
9. De' Parrochi.
10. De' Clerici Minori, de' Suddiaconi e Diaconi.
11. De' Presbiteri.
12. De' Canonici e Vicario Capitolare.
13. Della vita, degli studi e delle vesti de' Clerici.
14. Del Celibato de' Clerici.
15. De' Monaci.
16. Delle chiese, degli altari e della loro costruzione, consecrazione e riparazione.
17. Delle sepolture.
18. Delle case Religiose.
19. Della origine, natura e collazione de' beneficii Ecclesiastici.
20. Della unione, e rinuncia de' beneficii.
21. Della residenza de' beneficiarii, e della pluralità dei beneficii in un solo Clerico.
22. Del dritto Patronato.
23. Delle pensioni Ecclesiastiche.
24. Dello stato della Giurisdizione Ecclesiastica secondo i diversi tempi.
25. Della natura e diverse specie de' Concilii.
26. De' Giudici Ecclesiastici.
27. De' delitti e delle pene Ecclesiastiche.

(*) Sotto la direzione dello stesso Can. Num. D. Giuseppe Vasta.